ACAD. ALB. REGIM. 1876 III.

INDEX LECTIONUM

IN

ACADEMIA ALBERTINA

FRIDERICO GUILIELMO

HEREDE MONARCHIAE

ACADEMIAE ALBERTINAE RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

PER HIEMEM

ANNO MDCCCLXXVI A. D. XVI OCTOBRIS

P. P. O.

INSTITUENDARUM.



PRAEFATUS EST L. FRIEDLAENDER DE DONIS SATURNALICIIS AUREIS ET ARGENTEIS.

REGIMONTI.
TYPIS ACADEMICIS DALKOWSKIANIS.

ACADEMIAE ALBERTINAE PRORECTOR

Dr. HUGO HILDEBRANDT

PROF. P. P. O.

Prooemium.

Inter munera saturnalicia Romanorum divitiorum etiam argentum et aurum fuit. Martial. XIII 48 Boleti:

Argentum atque aurum facile est laenamque togamque
Mittere, boletos mittere difficile est.

De ejusmodi muneribus (sive saturnalicia sive natalicia fuerunt sive alia quacunque occasione oblata) identidem ita loquitur Martialis, ut argenti aurique rudis certa pondera missa esse, putare possis. VII 86, 6: nulla venit a me Hispani tibi libra pustulati. (Plin. H. N. XXXIII 96: [argentum] reperitur — in Hispania pulcherrimum. Sueton. Neron. c. 44: exegitque ingenti fastidio et acerbitate nummum asperum, argentum pustulatum, aurum ad obrussam). X 14. 7: Quando brevis gelidae missa est toga tempore brumae? Argenti venit quando selibra mihi? X 57: Argenti libram mittebas; facta selibra est, sed piperis: tanti non emo, Sexte, piper. XI 105: Mittebas libram, quadrantem, Garrice, mittis. Saltem semissem, Garrice, solve mihi. XII 36: Libras quattuor aut duas amico Algentemque togam brevemque laenam, Interdum aureolos manu crepantes — Quod nemo nisi tu Labulle mittis, Non es, crede mihi, bonus. VII 53 poeta queritur, ab Umbro sibi tot munera saturnalicia missa esse, ut ea vix octo servi portare potuerint, sed universa vix triginta nummum fuisse. Deinde pergit v. 11:

Quanto commodius nullo mihi ferre labore
Argenti potuit pondera quinque puer.

Eademque ratione ubi de argento emendo vel testamentis legando sermo est, quaeritur, utrum rude intellegendum sit an factum. Martial. II 44: Emi seu puerum togamve pexam Seu tris, ut puta, quattuorve libras etc. II 76: Argenti libras Marius tibi quinque reliquit. Cui nihil ipse dabas, hic tibi verba dedit. Sed hic statim, de argento facto cogitandum esse, non dubitabimus, cum legerimus in vita Persii de commentario Probi sublata, eum scriptis ad matrem codicillis rogavisse, Cornuto ut daret HS ut quidam, centum, ut alii volunt, argenti facti pondo viginti. Ubi si, ut videtur, hoc argenti facti pondus idem valuisse atque illam summam sumendum est, Persius magistro suo vasa argentea artificiosissime facta donari voluit. Nam quina milia HS in libram argenti facti pretium solito longe majus fuisse, apparet ex Martial. III 62:

Centenis quod emis pueros et saepe ducenis,
Rege quod sub Numa condita vina bibis;
Quod constat deciens tibi non spatiosa supellex,
Libra quod argenti milia quinque rapit —
— — — — — — — — — —
Haec animo magno credis te, Quinte, parare?

Ac revera etiam omnibus illis locis, ubi de muneribus saturnaliciis sermo est, argentum aurumque factum intellegendum est. Haec vocabula a Martiale pro supellectile aurea et argentea posita esse apparet ex XII 66, 7: argentum atque aurum non simplex Delphica portat. Apparet igitur in donis argenteis ad supellectilem pertinentibus pondus indicatum fuisse: quem morem fuisse Romanorum non modo veterum testimoniis notum est (cf. Intpp. ad Petron. c. 31. 33. 59. 77), sed etiam vasorum illorum argenteorum Hildeshemii inventorum notis (Wieseler Hildesheimer Silberfund p. 10 s.); cf. CIL III 1, 1769 (Naronae): — — canthar. arg. p(ondo) S— (unciarum septem) et Mommsenum de inscriptione armillae (Hermes IV 377).

Pauperiores igitur vel parciores in Saturnalibus ligulas vel cochlearia donabant. Martial VIII 33, 3:

Quid tibi cum phiala, ligulam cum mittere possis,
Mittere cum possis vel cochleare mihi.

Cf. locum infra afferendum VIII 71, 9; V 8, 2 (graciles ligulae), XIV 120 (ligula argentea). Contra ditiores vel liberaliores lances poculaque grandiora amicis mittebant (cf. Horat. C. IV 8: Donarem pateras etc.). Martial. VII 72, 4 optat ut December Paulo lances ferat et scyphos avorum.

Certissime autem ex Martial. VIII 71 apparet, argentum cujus pondus indicetur, pro facto ubique habendum esse. Illic enim Postumiani cujusdam munera quotannis minora fieri queritur: quattuor libras argenti ante decem annos missas esse, mox deinde plus minus duas, quinto libram Septicianam (argentum Septicianum, quod etiam IV 88, 3 commemoratur [argenti sex scripula Septiciani] ab artifice vel venditore nomen habuisse crediderim, ut vasa Furniana Clodiana Gratiana; cf. Marquardt, Hdb. d. R. A. V 2, 287). Deinde sic pergit poeta:

Bessalem ad scutulam quinto pervenimus anno,
Post hunc in cotula rasa selibra data est.
Octavus ligulam misit sextante minorem,
Nonus acu levius vix cochleare tulit.

Similiter V 9, 11:

Saturnaliciae ligulam misisse selibrae
Flammantisve auri scripula tota decem,
Luxuria est, tumidique vocant haec munera reges.

Versum secundum in codd. corruptum (Schneidewin: Flammarisve togae) a me emendatum adscripsi (½ libra = 163,73 Gramm; 10 scripula = 11,37 Gramm). Inter pretia auri et argenti illo tempore ea ratio intercessit, ut pretium singularum partium auri majus esset quam duodenarum argenti (Hultsch Metrol. p. 238): apparet igitur inter pretium selibrae argenti et decem scripularum auri aut nullam differentiam fuisse aut minimam. Phialas aureas inter sortes Saturnalicias hominum ditiorum fuisse testatur Martial. XIV 95, et quidem caelatas. Quam tenues levesque autem interdum eae fuerint, cernitur ex VIII 33, ubi phialam a Paulo missam cum folio de praetoricia corona comparat.

I. SCHOLAE THEOLOGORUM.

Professorum ordinariorum.

JOAN. GEORGIUS SOMMER, theol. Dr., P. P. O. primarius, Facult. Theol. senior, Decanus.
I. Publ. Selecta capita Deuterojesaisae commilitonibus interpretanda proponet die Mercurii h. X.
II. Privat. 1) Specialem in libros canonicos veteris testamenti introductionem historico-criticam tradet quinquies p. h. h. VIII.
2) Psalmos interpretabitur quinquies h. IX.
III. Privatissime et gratis. Seminarii theologici sectionem exegetico-criticam V. T. die Jovis h. V et VI dirigere perget.

HENR. GUIL. ERBKAM, theol. Dr., P. P. O. secundus.
I. Publ. Historiam ecclesiasticam recentiorum temporum enarrabit bis p. h. diebus Martis et Veneris h. IV.
II. Privat. 1) Theologiae dogmaticae partem alteram docebit quinquies p. h. h. X.
2) Historiam dogmatum tradet sexies p. h. h. IX et XI.
III. Privatissime et gratis. Seminarii theologici sectionem historicam dirigere perget die Lunae h. V et VI.

HENR. JOAN. MATH. VOIGT, theol. Dr. P. P. O. tertius.
I. Publ. Schleiermacheri theologiam dogmaticam tradet et judicabit diebus Lunae et Jovis h. IV.
II. Privat. 1) Historiae ecclesiasticae partem alteram quaternis diebus h. X. enarrabit.
2) Theologiam symbolicam docebit quater h. XI.

RUD. FRID. GRAU, theol. et phil. Dr., P. P. O. quartus.
I. Publ. De principiis Protestantismi disseret semel p. h. die Mercurii h. XI.
II. Privat. 1) Evangelium secundum St. Joannem interpretabitur quaternis diebus h. XI.
2) Introductionem historico-criticam in libros N. T. tradet quinquies h. XII.
III. Privatissime et gratis. Seminarii theologici sectionem exegetico - criticam N. T. die Martis h. V et VI dirigere perget.

JOAN. CAROLUS ARMIN. JACOBY, theol. Dr., P. P. O. quintus.
I. Publ. Pericopas ecclesiasticas in usum homileticum interpretabitur die Lunae et Jovis h. V.
II. Privat. 1) Theologiam catecheticam et pastoralem tradet quinquies h. VIII.
2) Paedagogicam docebit quater h. XII.
III. Privatissime et gratis. Exercitationes seminarii homiletico - catechetici moderari perget die Mercurii V et VI.

2. *Professoris extraordinarii.*

ALBERTUS HENRICUS ERNESTUS KLOEPPER, theol. Licent.
I. Publ. Priorem Pauli epistolam ad Timotheum disputando pertractabit, die Saturni h. XII.
II. Privat. Epistolam ad Hebraeos interpretabitur ter p. h. h. XII.

II. SCHOLAE JURISCONSULTORUM.

1. *Professorum ordinariorum.*

PAULUS KRUEGER, Dr. P. P. O., Decanus.
I. Publ. Exercitationes juris Romani moderabitur die Mercurii h. VI.
II. Privat. 1) Historiam juris Romani privati et ordinis judiciorum privatorum dd. Lunae, Martis, Jovis, Veneris h. XI tradet.
2) Institutiones juris Romani privati isdem diebus h. X.
3) Jus hereditarium Romanum isdem diebus h. III.

FELIX DAHN, Dr. P. P. O.
I. Publ. Exercitationes in seminario, a) historicas, b) dogmaticas instituet.
II. Priv. 1) Jus privatum germanicum sine jure commercii, cambiorum et maritimo quinquies h. V docebit.
2) Jus imperii germanici et regni borussici in administratione rei publicae bis h. IV leget.
3) Antiquitates juris germanici et mores priscorum Germanorum bis h. IV tradet.

CAROL. EDUARD. GUETERBOCK, Dr. P. P. O.
I. Publ. Exercitationes in seminario juridico moderari perget hh. cc.
II. Privat. 1) Jus criminale hodiernum Germanicum tradet quotidie h. XI.
2) Jus civile Borussicum quotidie h. XII docebit.

GEORGIUS PHILLIPS, Dr, P. P. O.
I. Publ. In seminario exercitationes juris canonici moderabitur die Martis h. VI.
II. Privat. 1) Jus ecclesiasticum tam catholicorum quam protestantium docebit quinquies p. h. h. X—XI.
2) Historiam juris Germanici quinquies p. h. h. XI—XII enarrabit.

FRID. DAN. SANIO, Dr., P. P. O. ICtorum Senior.
Non leget.

JOAN. THEODOR. SCHIRMER, Dr, P. P. O.
I. Publ. 1) Exercitationes exegeticas in seminario juridico moderabitur h. def.
2) Jus familiae exponet die Saturn. h. IX et X.
II. Privat. Pandectas juris civilis tradet quotidie exc. die Sat. h. IX et X.

2. *Professoris extraordinarii.*

CAROL. MICH. SALKOWSKI, Dr., P. P. E.
I. Publ. Digestorum locos selectos interpretabitur bis h. def.
II. Privat. 1) Institutiones juris Romani sec. compendium suum (Lehrb. d. Inst. 2. ed. Lips. 1875) docebit quinquies p. h. h. X—XI.
2) Historiam juris Romani tradet quinquies p. h. h. XI—XII.
3) Jus hereditarium exponet quinquies p. h. h. III—IV.

III. SCHOLAE MEDICORUM.

1. *Professorum ordinariorum.*

JULIUS JACOBSON, Dr., P. P. O., Decanus.
I. Publ. Ophthalmologiam docebit quater p. hebd.
II. Privat. Policlinicum ophthalmologicum diriget quater per hebd.

ERNEST. BURDACH, Dr., P. P. O.
Non leget.
HUGO HILDEBRANDT, Dr. P. P. O.
I. Publ. Policlinicum ambulatorium gynaecologicum moderabitur quotidie h. IX—X.
II. Privat. 1) Artis obstetriciae theoriam tradet ter per hebd. h. IV—V.
2) Clinicum et policlinicum obstetricium moderabitur quinquies p. h. h. VIII—IX.
GEORGIUS HIRSCH, Dr., P. P. O.
Non leget.
MAX JAFFE, Dr., P. P. O.
I. Publ. 1) Balneologiam semel per hebd. tradet.
2) Exercitationes artis formulas medicas rite concinnandi semel per hebd. instituet.
II. Privat. Materiam medicam tradet quinquies p. hebd. h. V—VI.
III. Privatissime. Exercitationes practicas in laboratorio medico-chemico et pharmacologico habebit.
CAROLUS KUPFFER, Dr., P. P. O.
I. Publ. Theoriam generationis docebit die Saturni h. XII.
II. Privat. 1) Anatomes corporis humani partem priorem explicabit quinquies p. h. h. II.
2) Anatomen comparativam vertebratorum docebit quater p. h. h. XII.
3) Exercitationes anatomicas una cum Prosectore Dr. Benecke quotidie h. VIII—II moderabitur.
B. NAUNYN, Dr. P. P. O.
I. Publ. Policlinicen medicam moderabitur quotidie hora XI—XII.
II. Priv. 1) Clinicen medicam quotidie moderabitur hor. IX½—XI.
2) Pathologiam et therapiam specialem Jov., Merc. et Vener. dd. h. VI—VII tradet.
III. Privatissime et gratis Exercitationes clinicas moderabitur h. def.
ERNEST. NEUMANN, Dr. P. P. O.
I. Publ. De tumoribus die Saturni h. VIII—IX disseret.
II. Privat. Anatomiam pathologicam descriptivam d. Martis, Mercurii et Vener. h. XI—XII tradet.
III. Privatissime. Exercitationes practicas in instituto pathologico quotidie diriget.
CAROLUS SCHOENBORN, Dr. P. P. O.
I. Publ. De luxationibus ossium disseret die Saturni h. VIII—IX½.
II. Privat. 1) Akiurgiam tradet diebus Mart., Jov. et Ven. h. XI—XII.
2) Clinicum et policlinicum chirurgicum moderabitur quinquies p. hebd. h. XII—II.
III. Privatissime et gratis. Exercitationes clinicas moderabitur hor. def.
GUILIEL. de WITTICH, Dr., P. P. O.
I. Publ. Repetitorium physiologicum semel per hebd. habebit.
II. Privat. 1) Physiologiam circulationis, respirationis, digestionis nec non secretionum quater per hebd. docebit h. X—XI.
2) Physiologiam oculi bis p. hebd. h. X—XI.
III. Privatissime. Exercitationes practicas in laboratorio physiologico diriget quotidie.

2. *Professorum extraordinariorum.*

AEMIL. BERTHOLD, Dr., P. P. E.
I. Publ. 1) Clinicum otiatricum diriget bis per hebd.
2) De operationibus in oculis instituendis disseret semel per hebd.
II. Privat. Exercitationes practicas operationum in oculis faciendarum instituet bis per hebd.
HENRICUS BOHN, Dr., P. P. E.
Publ. De morbis infantum ter per hebd. disseret.

A. W. GRUENHAGEN, Dr. P. P. E.
I. Publ. Physicen in usum medicorum doctrina de calore et de electricitate exclusa semel per hebd. tractabit.
II. Privat. Physiologiam nervorum cum doctrina de electricitate bis per hebd. tractabit.
III. Privatissime. Cursum microscopicum quater p. hebd. habebit.
F. W. A. de HIPPEL, Dr. P. P. E.
I. Publ. Pathologiam refractionis et accommodationis docebit bis per hebd. h. V—VI.
II. Privatissime. Exercitationes usus ophthalmoscopii diriget bis per hebd. h. V—VI.
S. PINCUS, Dr., P. P. E.
I. Publ. De cura sanitatis publica (Medicinal-Polizei u. öffentl. Gesundheitspflege) semel vel bis disseret.
II. Privat. Medicinam forensem (partem thanatologicam) bis p. h. tradet.
III. Privatissime. Casuisticam forensem tradet ac de responsis a medicis publice dandis (gerichtsärztliche Gutachten) disseret, sectionibus cadaverum occasione oblata instituet.
S. SAMUEL, Dr., P. P. E.
Publ. Pathologiam generalem ter per hebd. h. III—IV tra i t.
F. R. A. SCHNEIDER, Dr., P. P. E.
Publice. Chirurgiam specialem ter per hebd. tradet.

3. *Doctorum privatim docentium.*

A. ADAMKIEWICZ, Dr.
I. Privat. Sectiones medico-physicas ter per hebd. docebit.
II. Privatissime. Repetitorium physiologiae quater atque analysin urinae bis p. h. exercebit.
BERTHOLD BENECKE, Dr.
I. Privat. 1) Anatomen topographicam extremitatum bis per hebd. docebit h. III—IV.
2) Angiologiam corporis humani explicabit bis per hebd. h. III—IV.
II. Privatissime. Cursum anatomiae humanae commilitonibus offert.
E. BUROW, Dr.
I. Gratis. Laryngoscopiam cum demonstrationibus practicis semel p. hebd. docebit.
II. Privat. Policlinicum propaedeutico-chirurgicum moderabitur cum exercitationibus in aegrotis bis per hebd.
J. CASPARY, Dr.
Privat. Dermatologiam bis per hebd. docebit.
FR. MESCHEDE, Dr.
I. Gratis. Psychiatriam docebit semel vel bis p. hebd. h. def.
II. Privatissime. Capita selecta Psychiatriae specialis cum demonstrationibus tradet semel per hebd. h. def.
THEODORUS PETRUSCHKY, Dr.
I. Gratis. 1) Medicinam forensem cum demonstrationibus practicis tradet d. Lun. et Jov. h. IV—V.
2) Hygienam docebit et de legibus Germanicis ad sanitatem publicam servandam ferendis disseret die Saturni h. VI—VII.
II. Privatissime. Exercitationes practicas medico-forenses instituet horis definiendis.
CAROL. JOH. SEYDEL, Dr.
Gratis. Morbos puerperarum ter per hebd. tradet.

IV. SCHOLAE PHILOSOPHORUM.

1. *Professorum ordinariorum.*

THEODORUS BARO de GOLTZ, Dr., P. P. O., Decanus.
I. Publ. Historiam agriculturae XIX. saeculi semel p. h. tradet.
II. Privat. 1) De arte, qua oeconomia ruralis instituenda sit disseret ternis horis.
2) De generali agri et plantarum cultura disseret ternis horis.

M. BAUER, Dr. P. P. O.
I. Publ. De lapidibus pretiosis semel per hebd. disseret.
II. Privat. Mineralogiam quinquies per hebd. h. XII—I tradet.
III. Privatissime. Exercitationes mineralogicas semel vel bis instituet.

ROBERTUS CASPARY, Dr., P. P. O.
I. Publ. De Filitibus et Equisetaceis germanicis et cognatis semel p. hebd. h. c. disseret.
II. Privat. 1) De pharmacognosia ter p. h. h. VIII—IX die Lunae, Mercurii et Jovis disseret.
2) Physiologiam plantarum quater p. h. h. III—IV tradet.

LUD. FRIEDLAENDER, Dr., P. P. O.
I. Publ. 1) In seminario philologico Lucretium interpretandum proponet et ceteris exercitationibus praeerit d. Merc. et Sat. h. IX.
2) Historiam litterarum Romanorum ad finem perducet d. Merc. h. III.
II. Privat. Mythologiam graecam tradet quater per hebd. h. IX.

CAROLUS GRAEBE, Dr. P. P. O.
Lectiones tempore suo indicabit.

ERN. AUG. HAGEN, Dr., P. P. O.
I. Publ. 1) De Raphaele Santio disseret dieb. Merc. et Sat. h. X.
2) Architecturam antiquam tradet dieb. Merc. et Sat. h. XI.
II. Privat. Opera praecipuorum artificum explicabit dieb. Mart. et Ven. h. VIII.

LEOP. FRID. ILSE, Dr., P. P. O.
Lectiones tempore suo indicabit.

H. JORDAN, Dr, P. P. O.
I. Publ. 1) De urbis Romae situ et monumentis disseret singulis scholis h. d.
2) In Seminario philologico Platonis Symposion tractabit exercitationibusque solitis praeerit h. d.
II. Privat. 1) Syntaxeos latinae capita potiora ternis scholis tractabit d. Lun., Mart., Merc. h. XI—XII.
2) Plauti Trinummum enarrabit binis scholis d. Ven. et Sat. h. XI—XII.

C. LEHRS, Dr., P. P. O.
Publ. 1) Antiquitates Graecas tradet quater p. h.
2) Aristophanis Aves interpretabitur bis p. h.

ED. LUTHER, Dr., P. P. O.
I. Publ. Instrumentorum astronomicorum usum explicabit bin. dd.
II. Privat. Methodum quadratorum minimorum docebit quaternis hh. per hebd. d. Merc. et Saturn. h. IX—XI.

W. MAURENBRECHER, Dr. P. P. O.
I. Publ. De historicis scriptoribus qui inde a saeculo XVI historiam medii aevi tractaverunt semel p. h. disseret h. XII.
II. Privat. Res germanicas enarrabit inde ab initiis populi germanici usque ad nostram aetatem quinquies p. h. h. XII.
III. Privatissime. Exercitationes seminarii historici moderabitur d. Lun. h. V—VII.

LUD. FERDIN. MOSER, Dr., P. P. O.
I. Publ. Organorum sensuum doctrinam physicam bis p. hebd. tradet.
II. Privat. Physicen experimentalem quater per hebd. tradet.

G. H. FERD. NESSELMANN, Dr. P. P. O.
I. Publ. 1) Interpretationem textuum Sanscriticorum bin. horis instituet.
2) Interpretationem textuum Arabicorum bin. horis.
II. Privat. 1) Initia linguae Sanscriticae bin. hh. tradet.
2) Initia linguae Arabicae bin. hh.

FRANC. NEUMANN, Dr., P. P. O. Ordinis Philos. Senior.
Publ. Capita selecta physices mathematicae exponet dd. Lun. et Jov. h. XI.

H. RITTHAUSEN, Dr., P. P. O.
I. Publ. Zymochemiam bis p. hebd. tradet.
II. Privat. Chemiam in usum agricultorum (partem primam) quater p. hebd.
III. Privatissime. Exercitationes practicas in laboratorio chemico quotidie diriget.

CAROL. FRID. ROSENKRANZ, Dr., P. P. O.
Non leget.

FRANCISCUS RUEHL, Dr., P. P. O.
I. Publ. Exercitationes palaeographicas moderabitur semel p. h. hora postea definienda.
II. Privat. De historicis Graecis disseret quater p. h. hora IV.
III. Privatissime. Exercitationes seminarii historici moderabitur die Mercurii h. VI p. m.

OSCAR SCHADE, Dr., P. P. O.
I. Publ. De Nibelungis carmen epicum interpretari perget bis p. h. hor. V—VI.
II. Privat. Historiam poeseos Germanicae veteris leget quinquies p. h. h. X—XI.

J. SCHIPPER, Dr. P. P. O.
I. Publ. Exercitationes interpretandi monumenta veteris linguae anglicae instituet bis p. hebd. d. Lun. et Jov. h. III—IV.
II. Privat. 1) Historiae literarum anglicarum partem alteram enarrabit quinquies p. h. h. IX—X.
2) Tragoediam Racinei „Britannicus“ interpretabitur bis p. h. d. Mart. et Ven. h. III—IV.

LUD. AUG. SIMSON, phil. et theol. Dr., P. P. O.
I. Publ. Repetitorium grammaticae Hebraicae cum lectione libri historici V. T. cursim instituta conjunget bb. hh.
II. Privat. Librum Jobi interpretabitur quinquies.

H. SPIRGATIS, Dr., P. P. O.
I. Publ. Capita selecta zoochemiae semel per hebd. tractabit.
II. Privat. Chemiam pharmaceuticam quater per hebd. h. X—XI.
III. Privatissime. Exercitationes practicas in laboratorio diriget h. c.

CAROLUS UMPFENBACH, Dr. P. P. O.
I. Publ. Conversatorium ad rei publicae disciplinam et ad statisticam pertinens semel p. hebd. instituet.
II. Privat. 1) Oeconomiam socialem ter p. hebd. h. XII—I½.
2) Scientiam rei publicae universalem atque politicen bis p. h. diebus Martis et Jovis docebit h. XII—I½ tradet.

H. WAGNER, Dr., P. P. O.
I. Publ. Capita selecta geographiae generalis semel p. h. tractabit h. XI.
II. Privat. Geographiam specialem Europae centralis, imprimis Germaniae tradet quater p. h. h. XI.
III. Privatissime. Exercitationes geographicas moderabitur semel p. h.

H. WEBER, Dr., P. P. O.
I. Publ. Exercitationes in seminario mathematico diriget ternis p. h. h.
II. Privat. 1) Theoriam functionum Abelianarum docebit quaternis p. h. h.
2) Theoriam analyticam curvarum planarum algebraicarum exponet ternis p. h. h.

G ZADDACH, Dr. P. P. O.

I. Publ. Animalium articulatorum, imprimis Insectorum historiam naturalem tradet binis hh. dd. Mart. et Ven. h. X.

II. Privat. De animalium formis una cum terrae variis immutationibus mutatis et variatis quater p. hebd. dd. Lun., Mart., Jov., Ven. h. IX disseret.

III. Privatissime et gratis. Repetitiones et exercitationes zoologicas instituet d. Merc. X—XII.

2. *Professorum extraordinariorum.*

H. BLUEMNER, Dr. P. P. E.

Italiam visurus lectiones non habebit.

FR. KURSCHAT, V. D. Min. P. P. E.

Publ. 1) Seminarium littuanicum bis per hebd. dirigere perget.

2) Linguae littuanicae grammaticam docebit ter per hebd.

3) Librum Schleicheri, inscriptum „Littauisches Lesebuch" interpretabitur bis p. h.

HENR. CAROL. LOHMEYER, Dr., P. P. E.

I. Publ. Prussiae historiam saeculorum XV, XVI et XVII bis p. hebd. docebit dd. Merc. et Sat. h. X.

II. Privat. Quae in Marchia Brandenburgica et finitimis Germaniae territoriis per mediam aetatem gesta sint, narrabit quater p. h., diebus Lun., Mart., Jov., Ven. h. X.

RICHARDUS QUAEBICKER, Dr. P. P. E.

I. Publ. De Kantii libro „Kritik der reinen Vernunft" semel disseret.

II. Privat. Psychologiam exponet ter per hebd.

JOAN. GEORG. ROSENHAIN, Dr., P. P. E.

I. Publ. Geometriam analyticam docebit quater per hebd. h. IX—X.

II. Privat. Calculum variationum exponet quater per hebd. h. X—XI.

L. SAALSCHUETZ, Dr. P. P. E.

I. Publ. Dynamicae analyticae partem alteram tradet bin. vel ternis horis p. hebd.

II. Privat. Calculi differentialis atque integralis partem priorem docebit quater p. hebd.

W. VOIGT, Dr., P. P. E.

I. Publ. Exercitationes analyticas in seminario physico-mathematico diriget semel p. h. h. XI—I.

II. Privat. Theoriam fluidorum electricorum docebit bis p. h. h. XI—I.

III. Privatissime. Exercitationes practicas instituet h. c.

WALTER, Dr., P. P. E.

I. Publ. 1) Aristotelis Ethica explicabit binis hh.

2) De carmine Goethii „Faust" disseret binis hh.

II. Privat. Historiam philosophiae Graecae et Romanae tradet quater p. h.

3. *Doctorum privatim docentium.*

E. ARNOLDT, Dr.

Gratis. Logicen puram leget binis per hebd. horis.

A. JENTZSCH, Dr.

I. Gratis. De Germaniae borealis constitutione geognostica semel p. h. disseret.

II. Privat. Palaeontologiam quater p. h. tradet.

C. de KALCKSTEIN, Dr.

I. Gratis. 1) Exercitationes de rerum per medium aevum gestarum scriptoribus moderabitur semel p. h.

2) Historiam Alexandri magni tradet bis per hebd.

II. Privat. Historiam Francogallorum inde a saeculo decimo quinto usque ad mortem Ludovici quartidecimi tradet ter p. h.

HUGO MERGUET, Dr.
Privat. Grammaticam comparativam linguarum Latinae et Graecae bb. hh. docebit.
H. SALKOWSKI, Dr.
I. Privat. Chemiae experimentalis partem I: chemiam anorganicam quinquies p. h. exponet.
II. Privatissime. Exercitationes in laboratorio chemico quotidie moderabitur.
THEODORUS F. A. WICHERT, Dr.
I. Gratis. Exercitationes historicas moderari perget semel vel bis per hebd.
II. Priv. De formis ac legibus reipublicae Germanorum earumque historia disseret ter p. h.

H. PELKA, V. D. Min.
Gratis. Seminarium Polon. diriget quater p. hebd.

V. LECTORES.

E. RICHTER, Dr., Veterinarius.
Gratis. 1) Animalium domesticorum anatomiam docebit binis hh. p. hebd.
2) Capita selecta physiologiae veterinariae semel p. hebd.
E. NEUMANN, Veterinarius.
Gratis. De morbis internis animalium domesticorum disseret bis p. hebd.

VI. ARTIUM MAGISTRI.

HEINRICH.
Gratis. Tachygraphiam Germanicam secundum Gabelsbergerum docebit et quidem 1) Verborum formationem et breviationem bis per hebd., 2) Breviationem syntacticam et logicam bis per hebd.
LAUDIEN,
Gratis. 1) Artem organis canendi b. hh. tradet.
2) Doctrinam harmoniarum tradet.
3) Constructionem organorum semel docebit.
4) Exercitationes canendi diriget semel p. h.
H. KEPPNER, Dr. Artem rudibus battuendi docebit.
O. STOIGE, Artem saltandi docebit.

VII. PUBLICA DOCENDI DISCENDIQUE SUBSIDIA.

Bibliotheca Regia Academ. legentibus quotidie hh. X — III, libros petentibus et reddentibus quotidie hh. XI — I patet; Academica minor civium acad. usui accommodata dd. Lun. et. Ven. hh. II — V.
Speculae astronomicae praeest Prof. Dr. LUTHER.

Museo zoologico Prof. Dr. ZADDACH.
Horto botanico praefectus est. Prof. Dr. CASPARY.
Nummophylacium acad. a Professor Dr. NESSELMANN, collectio mineralium a Professore Dr. BAUER inspicitur. Gypso confecta statuarum antiq. apographa visuri Professorem Dr. BLUEMNER adeant.
Institutum medico clinicum et policlinicum diriget Prof. NAUNYN.
Institutum chirurgico-clinicum, policlinicum et ophthalmiatricum diriget Prof. Dr. SCHOENBORN.
Institutum anatomicum diriget Prof. Dr. KUPFFER.
Institutum pathologico-anatomicum diriget Prof. Dr. NEUMANN II.
Apparatui instrumentorum, machinarum et phantomatum ad artem obstetriciam pertinentium in maiocomio regio praeest Prof. Dr. HILDEBRANDT.
Institutum physiologicum diriget Prof. Dr. de WITTICH.
Laboratorium chemicum Prof. Dr. GRAEBE.
Laboratorium chemicum usui pharmaceutarum accommodatum Prof. Dr. SPIRGATIS.
Institutum eruditioni agricultorum destinatum Prof. Dr. B. de GOLTZ.
Laboratorium chemicum eorundem usui accommodatum Prof. RITTHAUSEN.
Institutum clinicum veterinarium Dr. RICHTER.

VIII. SEMINARIA.

Seminarii theologici sectionis exegetico-criticae V. T. Director est Prof. Dr. SOMMER; sectionem historicam diriget Prof. Dr. ERBKAM; sectionem exegetico-criticam N. T. reget Prof. Dr. VOIGT. Seminarii homiletici Director est Prof. Dr. JACOBY.
Seminarium littuanicum reget V. D. Min. KURSCHAT.
Seminarium polonicum reget V. D. Min. PELKA.
Seminarii iuridici sectiones dirigent Professores ordinarii ordinis iureconsultorum. vid. supra.
Seminarium philologicum Proff. Dr. FRIEDLAENDER et Dr. JORDAN dirigent.
Seminarium historicum dirigent Proff. Dr. MAURENBRECHER et Dr. RUEHL.
Seminarium math. et phys. Proff. Dr. WEBER et W. VOIGT dirigent.

SCHOLAE HORARUM ORDINE DESCRIPTAE.

HORAE.	I. THEOLOGORUM.	II. JURISCONSULTORUM.	III. MEDICORUM.	IV. PHILOSOPHORUM.
VIII—IX.	*Sommer*, introduct. special. in libros canon. V. T. (5). *Jacoby*, theol. catech. et pastoral. (5).	. . . .	*Hildebrandt*, clinic. et policlinic. obstetr. (5). *Neumann*, de tumoribus (1).	*Caspary*, pharmacognosiam doc. (3). *Hagen*, opera praecipuor. artific. expl. (2).
VIII—IX½.	. . . .	. . . .	*Schoenborn*, de luxat. (1).	. . . .
VIII—II.	. . . .	. . . .	*Kupffer*, exercitationes anatom. (6).	. . . .
IX—X.	*Sommer*, psalmos interpret. (5). *Erbkam*, hist. dogm. (3).	*Schirmer*, jus familiae expon. (1); *Id.*, pandectas (5).	*Hildebrandt*, policlinic. ambulat. gynaecol. (6).	*Friedlaender*, Lucret. interpret. (2); *Id.*, mytholog. graec (4). *Luther*, method. quadr. minim. (2). *Schipper*, hist. litt. angl. II. (5). *Zaddach*, de animalium formis (4). *Rosenhain*. geometr. analyt. (4). *Salkowski*, chym. anorg. (5).
IX½—XI.	. . . .	. . . .	*Naunyn*, clinic. med. (6).	. . . .
X—XI.	*Sommer*, Deuterojes. interpret. (1). *Erbkam*, theol. dogm. II. (5). *Voigt*, histor. eccles. II. enarr. (4).	*Krueger*, institution. jur. rom. (4). *Phillips*, jus eccles. cathol. et protest. (5). *Schirmer*, jus familiae expon. (1); *Id*, Pandectas (5). *Salkowski*, institution. jur. rom. (5).	*de Wittich*, physiolog. circulation. respirat. etc. (4); *Id.*, physiol. oculi (2).	*Hagen*, de Raphaele Santio (2). *Luther*, method. quadr. minim. (2). *Schade*, hist. poes. germ. (5). *Spirgatis*, chemiam pharmaceut. (4). *Zaddach*, articul. animal. hist. nat. (2); *Id.*, repetitt. et exercitt. zoolog. (1) *Lohmeyer*, hist. Prussiae enarr. (2). *Id.*, hist. Brandenburg. (4). *Rosenhain*, calcul. variat. (4).
XI—XII.	*Erbkam*, hist. dogm. (3). *Voigt*, theol. symbol. (4). *Grau*, de protestantismo (1); *Id.*, evangel. Sti. Joannis interpret. (4).	*Gueterbock*, jus crimin. german. (6). *Phillips*, hist. jur. german. (5). *Salkowski*, histor. jur. rom. (5).	*Neumann*, patholog. descriptiv. (3). *Schoenborn*, acirurg. trad. (3) *Naunyn*, policlinicen medicam (6).	*Hagen*, architectur. antiq. (2). *Jordan*, syntax. lat. (3); *Id.*, Plant. Trinumm. (2). *Neumann*, phys. math. (2). *Wagner*, geograph. general (1); *Id.*, geographiam special. (4). *Zaddach*, exercitt. et repetitt. zoolog. (1). *Voigt*, exerc. analyt. (1); *Id.*, theor. fluid. electr. 2.
XII—I.	*Grau*, in N. T. libros introduct. (5). *Jacoby*, paedagog. doc. (4). *Kloepper*, Sti. Pauli epist. ad Timoth. (1); *Id.*, epist. ad Hebraeos (3).	*Gueterbock*, jus civile Boruss. (6).	*Kupffer*, theor. generat. (1); *Id.*, anat. compar. (4).	*Bauer*, mineralog. doc. (5). *Maurenbrecher*. de historicis scriptoribus inde a saec. XVI (1); *Id.*, res germ. usque ad hanc aetat. (5). *Voigt*, exercitt. analyt. (1); *Id.*, theor. fluid. electr. (2).
XII—I½.	*Umpfenbach*, oecon. social. (3); *Id.*, scientiam rei publ. univers. et politic. (2).	. . . .	. . . .	. . . .

HORAE.	I. THEOLOGORUM.	II. JURISCONSULTORUM.	III. MEDICORUM.	IV. PHILOSOPHORUM.
XII—II.	. . . .	. . . .	*Schoenborn*, clinic. et policlinic. chirurgic. (5).	. . . .
II—III.	. . . .	. . . .	*Kupffer*, anatom. corp. humani (5).	. . . .
III—IV.	. . . .	*Krueger*, jus hered. rom. (4). *Salkowski*, jus her. (5).	*Samuel*, pathol. general. (3). *Benecke*, anatom. topographic. (2); *Id.*, angiol. corp. humani (2).	*Caspary*, physiol. plantar. (4). *Friedlaender*, hist. litt. rom. (1). *Schipper*, exercitationes interpretat. vet. monum ling. angl. (2); *Id.*, Racinei „Britanicum" interpret. (2).
IV—V.	*Erbkam*, hist. eccles. recentior. (2). *Voigt*, Schleiermacheri theol. dogm. 2.	*Dahn*, jus imper. germ et regni boruss. (2) *Id.*, antiquitt. jur. germ (2).	*Hildebrandt*, theor. artis obstetric. (3). *Petruschky*, med. forens. (2).	*Rühl* de scriptoribus graec. (4).
V—VI.	*Sommer*, semin. theol. sect. exeg. critic. V. T. dirig. (1). *Erbkam*, semin. theol. sect. histor.-critic. N. T. (1). *Grau*, semin. theol. sect. histor.-crit. N. T. (1). *Jacoby*, exercitt. homilet.-catech. inst. (1); *Id.*, pericopas catech. habeb. (2).	*Dahn*, jus priv. germ (5).	*Jaffe*, materiam medic. (5). *de Hippel*, pathol. refraction. et accommod. (2); *Id.*, exercitationes ophthalmoscop. (2).	*Schade*, Nibelung. interpret. (2). *Maurenbrecher*, sem. hist. (1).
VI—VII.	Sicut supra V—VI.	*Krueger*, exercitt. jur. Rom. (1). *Phillips*, in semin. exercitation. jur. canon. (1).	*Naunyn*, patholog. et therap. special. (3). *Petruschky*, hygien. doc. (1).	*Rühl*, exercitt. semin. hist. (1). *Maurenbrecher*, sem. hist. (1).
Defin.	. . . .	*Dahn*, in semin. exercitt. hist. et dogmat. *Gueterbock*, in semin. exercitt. exeget. *Salkowski*, digest. (2).	*Jacobson*, ophthalmolog. doc. (4); *Id.*, policlin. ophthalmol. (4). *Jaffe*. balneologiam (1); *Id.*, exercitt. formul. medic. (1); *Id.*, exercitt. med.-chem. habeb. *Naunyn*, exercitt. clinic. *Neumann*, exercitt. pract. in instituto patholog. (6). *Schoenborn*, exerc. clinic. mod. *de Wittich*, repetitor. physiol. (1); *Id.*, exercitt. physiolog. (6). *Berthold*, policlinic. otiatric. (2); *Id.*, operation. oculi doc. (1); *Id.*, exercitation. pract. operation. oculi inst. (2). *Bohn*, de morbis infant. diss. (3). *Gruenhagen*, physicen doc. (1); *Id.*, physiol. nervorum (2); *Id.*, cursum microscop. habeb. (4). *Pincus*, de	*de Goltz*, hist. agriculturae saec. XIX (1); *Id.*, de oeconom. rurali (3); *Id.*, de generali agricultura (3). *Bauer*, de lapidibus pretiosis (1); *Id.*, exercitationes mineralog. (1 vel 2). *Caspary*, de filitibus et equisetaceis (1). *Jordan*, de urbis Romae situ et monum. (1); *Id.*, Plat. sympos. (2). *Lehrs*, antiquitt. graec. (4); *Id.*, Aristoph. aves interpret. (2). *Luther*, instrum. astronomic. expl. (2). *Moser*, organorum sensuum physicam doctrin. (2); *Id.*, physic. experimental. (4). *Nesselmann*, interpret. text. Sanscrit. (2); *Id.*, interpret. text. Arab. (2); *Id*, initia ling. Sanscrit. (2); *Id.*, initia linguae Arab. (2). *Ritthausen*, zymochem. doc. (2); *Id.*, chemiam agriculturae (4); *Id.*, exercitt. pract. in laboratorio chem. (6). *Rühl*, exercitationes palaeographic. (1). *Simson*,

HORAE.	I. THEOLOGORUM.	II. JURISCONSULTORUM.	III. MEDICORUM.	IV. PHILOSOPHORUM.
			cura sanitatis publ. (1 vel 2); *Id.*, med. forens. (2). *Id.*, casuisticam forens. trad. *Adamkiewicz*, sect. med. phys. (3); *Id.*, repetitorium physiol. (4). *Benecke*, cursum anatom. human. offert. *Burow*, laryngoscop. doc. (1); *Id.*, policlinicum propaedeut. chirurgic. moderab. (2). *Caspary*, dermatolog. doc. (2). *Meschede*, psychiatric. doc. (1 vel 2); *Id.*, psychiatric. spec. (1). *Petruschky*, exercitt. pract. medico-forens. instit. *Seydel*, morbos puerper. doc. (3). *Schneider*, chirurgiam specialem (3).	libr. Jobi (5); *Id.*, Repetitor. gramm. Hebr. (2). *Spirgatis*, zoochem. doc. (1); *Id.*, exercitt. pract. dirig. (1). *Umpfenbach*, de reipubl. disciplina et statist. (1). *Wagner*, exercitt. geographic. (2). *Weber*, exercitt. math. (3); *Id.*, theor. function. Abelianarum (4); *Id.*, theoriam analyticam curvarum (3); *Kurschat*, semin. litthuan. dir. (2); *Id.*, ling. litthuan. gramm. doc. (3); *Id.*, Schleicheri librum: „littauisches Lesebuch“ interpr. (2). *Quaebicker*, Kantii librum: „Kritik der reinen Vern.“ expl. (1); *Id.*, psycholog. expon. (3); *Saalschütz*, dynamic. analyt. trad. (3); *Id.*, calcul. differential. et integral. doc. (4). *Voigt*, exercitt. pract. instit. *Walter*, Aristotelis Ethica explic. (2); *Id.*, Goethii „Faust“ (2); *Id.*, hist. philos. graec. et rom. (4); *Arnoldt*, logicen puram (2). *Jentzsch*, de Germ. boreal. const. geognostic. (1); *Id.*, palaeontol. (4). *de Kalckstein*, exercitt. de rerum per med. aetat. gestar. scriptoribus instit. (1); *Id.*, hist. Alexandri M. enarr. (2); *Id.*, hist. Francogall. (3); *Merguet*, gramm. comparativam ling. lat. et graec. doc. (2). *Salkowski*, exercitt. in laboratorio chem. (6). *Wichert*, exercitt. hist. mod. (1 vel 2); *Id.*, de formis ac legg. rp. Germanorum diss. (3). *Pelka*, semin. polon. dir. (4). *Richter*, animal. domestic. anatom. doc. (2); *Id.*, physiol. veterin. (1). *Neumann*, morbos intern. animal. domestic. expl. (2).